

ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PCB 766

Jisewja

Covarso, 11 ottobre 1963

Lovanii, 11-x-1963

Iosephus Ypenrym Ioanni Baptistae Pigato sacerdoti carissimo S.P.D.

Litteris tuis perlectis haud modice commotus sum, quod de conditione tua quid putarem nesciebam, illud tamen extra dubium positum videbam atque mente capiebam: te dolere. Quae res mihi nimium quantum molesta erat ac, dum legis epistolam hoc parum consolatoriam, semper est eritque donec amici animum ex integro serenum acciperim. Quantopere vellem propius abesses! Nam chartis quomodo sensus nostros significare poterimus qui coram vix amicum dolentem verbis sublevare possemus. Itaque nil nobis in mentem venit quo te a longinquo solari potuimus nisi: obliviscere, luxuriantem Dei naturam (qualem Rapalli esse meminimus) mirantibus gratisque oculis considera, ora tandem et labora! Aut scribe aut lege aut ambula, ne desidiosa groweris. Gra pro te, ora pro caris tuis, ora etiam si quid petere possumus pro vobis ut una aliquando post hanc vitam Deus nos recipiat ubi nec angor nec dolor. Nos ut rogasti pro te Patrem caelestem consolationis gratiam flagitabimus qua quamprimum tranquillitas ad te redeat. Cito scribas quaeso quomodo te habeas ut a nobis nubila tuo infortunio congregata cursus fugas. Vale, Pater carissime, tuique semper memores habe Annulam, Elsulam, uxorem ac me met ipsum.



Lovanii 11 X 1963

Josephus Jisewin Ioanni Baptistae Pigato sacerdoti carissimo  
s.p.d.

Litteris tuis perlectis haud modice commotus sum, quod de  
de condicione tua quid putarem nesciebam, illud tamen extra du-  
bium positum videbam atque mente capiebam: te dolere. Quae res  
mihi nimium quantum molesta erat ac, dum legis epistolium hoc  
parum consolatorium, semper est eritque donec amici animum ex  
integro ~~ere~~ serenum acceperim. Quantopere vellem propius abes-  
ses! Nam chartis quomodo sensus nostros significare pterimus,  
qui coram vix amicum dolentem verbis sublevare possemus. Ita-  
que nil nobis in mentem venit quo te a longinqui solari potui-  
mus nisi: obliviscere, luxuriantem Dei naturam ( qualem Rapal-  
li esse meminimus ) mirantibus gratisque oculis considera, ora  
tandem et labora! Aut scribe aut lege aut ambula, ne desidia  
graveris. Ora pro te, ora pro caris tuis, ora etiam si quid pe-  
tere possumus pro nobis ut una aliquando post hanc vitam Deus  
nos recipiat ubi nec angor nec dolor. Nos ut rogasti pro te Pa-  
trem caelestem consolationis gratiam flagitabimus, qua quam-  
primum tranquillitas ad te redeat. Cito scribas quaeso quomodo  
te habeas ut a nobis nubila tuo infortunio congregata rursus  
fuges. Vale, Pater carissime, tuique semper memores habe Annu-  
lam, Esulam, uxorem ac memetipsum.

J. Jisewiin